Mi chariſsime frater. 121. 413
Redditæ mihi sunt tuæ, et priores de d. 13/3 April., et posteriores
Revdo dno Ubbenio datæ. Solatium de obitu filii plerisque

120. 412

S. P.

Vir Clarissime, amicissime,

Obnixè te oro, ut tantum temporis subtrahas tuis laboribus, quod mea meditatiuncula mea paulò attentiùs legendæ, neque de ea judicio mihi perscribendo impendas. Non desunt amici qui publicam fieri contendunt. Sed ego in re tanti momenti mihi non multum confido, nec parùm formido expostulationes multorum, qui ex istis conciliis nescio quæ pericula sibi imaginantes putant nihil tutius esse quam silere, nec quicquam ad ea conferre. Liceat mihi, quæso, nôsse tuum circa hanc materiam animum. Speraveram te hisce ferijs cum uxore ad nos venturum, verùm quandoquidem isto tempore factum id non est, futurum, quæso, Majus hanc gratiam tibi persuadeat. In dubio, si Deus vitam dederit, ad Nos me trahet instans Synodus, cujus membrum futurus occasionem habebo saepissimè te convenendi. Interim tu quæso aliquot dies nobis dones. Vale, Deo cum tuis ex animo commendatus. Hagæ-Com. 29 April. 1658.

T. T.

addictiss. amicus
Caspar Streso.

hic bene esse. Groevium, nunc viduum, fortè habebitis, nisi spes amplioris dignitatis in republica retineat. Miror controversias vras, ac tibi, quod inter eas, et nulla tamen earum pars, ~~[illegible]~~ quietus et laetus sis, gratulor. In dni Pasoris p.m. locum

Reverendo, Clarissimo Doctissimoq' viro Dn. Johanni Coccejo, SS. Theol. Doctori eiusdemq' in Academia Lugduno-Batava Professori dignissimo, Domino et amico venerando.

Leiden.

200

280